



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Concordia. Pia Et Vnanimi Consensv repetita Confessio
fidei & doctrinæ Electorvm, Principvm Et Ordinvm Imperii,
atq[ue] eorundem Theologorum, qui Augustanam
Confessionem amplectuntur**

Lipsiæ, 1606

Prima Precatio. Sanctificetur nomen tuum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35443

verò ipsam orationem ab eodem nobis traditam, paucis tractabimus, & quām fieri potest clarissimè. Sunt *Septem petitiones orationes*, autem in his septem Articulis siue precationibus, omnes necessitates ordine comprehensa, quæ nobis subinde contingunt, & vnaquæque harum ita magna est & vehemens, ut ea per omnem vitam nostram ad ordinum impellendi essemus.

PRIMA PRECATIO.

Sanctificetur nomen tuum.

Hoc aliquantò obscurius dictum est, nec significanter expressum. Lingua enim nobis vernacula ita dicemus: Cœlestis Pater, fac quæso, ut tantum nomen tuum sanctum sit. Quid ergo sibi vult hæc oratio, ut nomen eius sanctum sit? An non antea sanctum est? **Responsio.** Indò verò nunquam nō sanctum est in sua essentia: at in vsu nostro sanctum non est. Dei enim nomen nobis datum & inditum est, posteaquām Christiani facti & baptizati sumus, ut filii Dei vocemur, & Sacraenta habeamus, per quæ illi vocati & copulati sumus, ita ut omnia, quæcunq; Dei sunt, ypsi nostro seruire debeant. Cæterum hic iam nobis magna necessitas incumbit & imponitur, quæ nobis cum primis curæ esse debet, ut nomini diuino suus honor habeatur, ut sancte ac reuerenter tractetur, veluti thesaurus noster unicus, quo nobis non maioreat aut amplior: utque nos tanquam probi liberi ab hoc Patre precibus contendamus, ut nomen suum, quod alioqui in cœlis per omnia sanctum est, etiam inter apud nos, inque vniuerso orbe, sanctum sit ac maneat.

Porrò autem nomen eius, quomodo inter nos sanctificatur, aut sanctum sit? **Responsio.** ut quām apertissimè potero dicam, cùm & Doctrina & vita nostra di-

*Nomen Des
quomodo
sanctum.*

*Nomen Des
quomodo
inter nos
sanctifica-
tur.*

uina & Christiana fuerit. Cum enim hac oratione patrem nostrum compellemus: viisque debemus, omnibus ita nos geramus, ita nos exhibeamus, quod admodum probos liberos æquum est, ne illi simus decori, sed laudi atque honori.

*Nomen Dei
quomodo
prophanetur.*

Iam verò eius nomen à nobis aut verbis, aut si indignè violatum profanatur (quicquid enim inten agimus, aut verbo aut facto comprehenditur) Argumùm quidem ad hanc modum, quando sub diuinis minis prætextu id prædicatur, docetur, ac dicitur, quo falsum est atque erroneum, & quo seducuntur homines, ita ut eius nomine comandum ac exortandum mendacium, atque etiam venalias faciendum. Iam sumum dedecus est & contumelia, qua faciunt nomen Dei Patris nostri, indignissimis modis contaminatur & afficitur. Deinde quoq; quotiescèt ac turpiter nomine Dei abutimur, peierando, excludendo, maledicendo, incantando, &c. Tertio queat vita & operibus manifestè malis ac nefarijs, cum qui Christiani & populus Dei vocantur, sunt aduersi, vinolenti, auari, inuidiosi, obrectatores, maledici, iterum gloriosum Dei nomen, nostri gratia, contumeliaz ac dedecori exponitur. Sicut enim corporaliter filius male moratus ac degener, infamiz est ac turpitudini, qui & dictis & factis, præcepta paternæ transgreditur, nobilitans semet flagitijs, ut eius gratia, ab omnibus contemnus notetur ignominia: ita quoque Devergit in contumeliam, si nos, qui iuxta nominis appellacionem vocati sumus, atque ab eodem omnigena bona accepimus, aliter docuerimus, locutus sumus, vixerimus, atque pios ac cœlestes filios Dei dæct, adeò, ut ob hoc ipsum male audire cogatur, nosq; delictet non esse filios Dei, sed filios diaboli.

Ita clarè vides, hoc Articulo idem nos orare, quod Secundo præcepto Deus à nobis exigit, nimisrum

*Exemplum
filij famili-
as degene-
rū.*

ratione D
bemus,
mus, que
li simus
is, aucti
nim inten
tur.) Ac p
tib diuinum
dicitur, quo
nitur hom
randam
dum. H
ua faciat
simis me
quores
erando, os
tatio quon
ijs, con
unt ad e
aledic, ill
as, contine
porakpan
ac torpore
a transgre
ia, ab omni
unque De
nomina se
odem omni
s, locutis
filios Dei d
zatur, nos
rare, quod
nimirum a
vus no[n] inc
vne abutamur a u[er]a d[omi]no, de restando, men
tendo, fallendo, &c. sed ut iliter idem ad Dei honorem
& gloria[m] usurpemus. Quicunque enim diuino no
mine, alicuius virtut[er] tegendi gratia abutitur: ille hoc
siquidem nomen profanat, violat, conspurcat, atq[ue] con
taminat: non secus arque olim sacra domus propheta
nate dicebantur, cæde humana conspersæ, aut alioqui
soda aliqua turpitudine in ijsdem flagitiosè perpetra
ta, de honestatæ: aut si res sacra contumeliosè affice
retur, vt quæ per se quidem sancta esset, ipso tamen usu
profana fieret. Est ergo hic Articulus iam intellectu fa
cili, tantum verbis recte perceptis, vt sanctifica e
tantum significet, ac laudare, extollere, honorem ha
bere, cum verbis, tūm operibus.

Iam verò ipse vide, quām ista precatio omnibus mo
dis sit necessaria. Cū enim haud obscurè videamus,
quātū mundus refertus sit, propemodum infinitis se
tis & falsis doctoribus, omnibus diuinum nomen sux
diabolice doctrinæ prætexentibus: non iniuria nobis
indesinenter clamandum erat aduersus omnes, ita scel
erat Diuino nomine abutentes, hoc est, æquè ad
uersus falsa doctentes, & prava superstitione credentes,
cum quicquid Euangeliū & sanam doctrinam no
stram temere impugnat, vt sunt mitrati Episcopi, Ty
ronni, Suerneri, &c. Præterea p[ro] nobis meti p[ro]lisis quoq[ue]
qui verbum Dei habemus, sed qui non grati sumus, ne
que tanti munieris memores, neque perinde, vt verbo
docemur, viuimus. Hæc deuotè, atq[ue] ex animo orans,
certus esse potes, Deo summe placere tuam oratio
nem. Neq[ue] enim quicquam audiet gratius aut aman
tius, quam q[uod] eius honor & gloria p[re] omnibus rebus
passim vnicè floreat ac vigeat, eius V[er]bum
sincerè doceatur, ac charum & pie
ciosum æstimetur.

Prima pe
titio orat
le gloria
Des, & Ge
ocultus, de
quo secun
dum præci
pue conclo
natur.

Neceſſe eſt
ante omnia
petis notiti
am, seu a
gnitionem
Des, & in
uocatio
nem, &c.